SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS,

ET DOMINI NOSTRI DOMINI

CLEMENTIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO

QUA

INSTITUTUM SOCIETATIS JESU

DENUO APPROBATUR.



ROMÆ, MDCCLXV.

TYPIS REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ.

BREVE

DEL SANTISSIMO PADRE EN CHRISTO,

Y SEñOR NUESTRO EL SEñOR

CLEMENTE

POR LA DIVINA PROVIDENCIA

PAPA XIII.

POR EL QUAL

SE APRUEBA DE NUEVO

EL INSTITUTO DE LA COMPAñIA DE JESUS.



EN ROMA, AñO MDCCLXV.

EN LA IMPRENTA DE LA REVERENDA CAMARA APOSTOLICA.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

APOSTOLICUM PAScendi dominici Gregis munus Beatissimo Apostolo Petro, ejusque Successori Romano Pontifici delatum à Christo Domino, nulla locorum, nulla temporum conditio, nullus humanarum rerum respectus, nulla denique ratio circumscribere, aut suspendere potest, quominus idem Romanus Pontifex ad omnes ejusdem officii partes, nulla ex iis prætermissa, nulla neglecta, curas suas dirigere debeat, atque omnibus incurrentibus in Ecclesia necessitatibus providere. Harum partium inter præcipuas postrema non est Regularium Ordinum approbatorum ab Apostolica Sede tutelam gerere, ac fortibus, piisque viris, qui eisdem Regularibus Ordinibus sese solemni Sacramento addixerunt, suamque pro tuenda, atque amplificanda Catholica Religione, agroque do-

CLEMENTE OBISPO, Siervo de los Siervos de Dios.

Para perpetua memoria.

NO HAI CIRCUNStancia alguna de lugar, ò tiempo, ni razon, ò respeto humano capaz de impedir, ò poner limites à el Ministerio Apostolico de apacentar la Grey del Señor, conferido por Jesu Christo à San Pedro, y à su Sucessor el Romano Pontifice, para que este no deba aplicar todo su cuidado al cumplimiento de las obligaciones todas de su cargo, sin omitir, ni despreciar alguna, y à dar las providencias convenientes en las necessidades, que ocurran en la Iglesia. Entre las principales de estas obligaciones una es, y no la menos digna de atencion, la de proteger los Ordenes Regulares, aprobados por la Sede Apostolica, animar à las personas piadosas, que con una obligacion solemne se consagraron en ellos à Dios, y se emplèan en defender, y propagar la Religion Catholica, y en cul-

dominico excolendo, strenuam operam impendunt, alacritatem addere & animum, languidos, & infirmos excitare, & corroborare, jacentibus afflictisque consolationem afferre, præcipue vero ab Ecclesia fidei suæ, & custodiæ concredita, omnia, quæ in animarum ruinam in dies suboriuntur, scandala summovere.

Institutum Societatis JESU ab Homine conditum, cui ab universali Ecclesia idem, qui Sanctis Viris cultus, & honor tribuitur, à felice recordatione Prædecessoribus nostris Paulo III. & Julio itidem III. Paulo IV. Gregorio XIII. & Grego- XIV. Paulo V. diligenti examine perpensum, approbatum, sæpius confirmatum, & ab iisdem, pluribusque aliis ad novemdecim, Prædecessoribus Nostris ornatum, peculiaribus favoribus, & gratiis, Episcoporum, non modo hujus, sed superiorum etiam ætatum præconio commendatum, ut maxime frugiferum, & fructuosum, & ad promovendum Dei cultum, honorem, & gloriam, æternamque animarum salutem procurandam aptissimum; potentissimorum, piissimorumque Regum,

tivar la Viña del Señor, la de fortalecer, y alentar à los debiles, y enfermos, la de consolar à los postrados, y afligidos, y especialmente la de desterrar de la Iglesia, confiada à su fidelidad, y vigilancia, todos los escandalos, que para ruina de las Almas nacen cada dia.

El Instituto de la Compañia de JESUS, compuesto por un hombre, à quien la Iglesia Universal concede los mismos honores, y rinde el mismo Culto, que à los Santos; examinado con la mayor diligencia, aprobado, y confirmado muchas veces por nuestros Predecessores de feliz memoria, Paulo III. Julio III. Paulo IV. Gregorio XIII. Gregorio XIV. y Paulo V; engrandecido por los mismos, y por otros Summos Pontifices hasta el numero de diez, y nueve, con especiales favores, y gracias; celebrado por los Obispos, no solo de nuestra edad, sino tambien de los tiempos precedentes, como fructuosissimo para promover el mayor Culto, honor, y gloria de Dios, y procurar la salud eterna de las Almas; defendido hasta ahora baxo la proteccion de Reyes poderosissimos, y llenos de piedad, y de otros

gum, Prin-

gum ; & clarissimorum in Christiana Republica Principum præsidio, & tutela usque munitum ; cujus ex disciplina novem prodiere viri in Sanctorum, vel Beatorum numerum relati, quorum tres Martyrii gloriam sunt consequuti ; à pluribus Sanctitate claris viris, quos Beatos in Cœlo novimus sempiterna perfrui gloria, collaudatum ; quod Ecclesia universa longo duorum sæculorum spatio in suo sinu aluit, & fovit, ejusque Professoribus præcipuam sacri ministerii partem semper commisit magno cum emolumento animarum ; quod ipsa denique Catholica Ecclesia in Tridentina Synodo declaravit ut pium, hoc idem Institutum novissimè fuerunt, qui per pravas interpretationes, tum privatis sermonibus, tum scriptis etiam Typis in lucem editis irreligiosum, & impium appellare, contumeliis lacerare, probro, & ignominia afficere non sunt veriti, atque eo devenerunt, ut privata sua non contenti opinione, hujusmodi virus de Regione in Regionem, nullis non adhibitis artibus, derivare, atque undequaque diffundere sint aggressi, neque ad-

Principes ilustres en la Republica Christiana ; Instituto, cuyas reglas han formado nueve hombres, que merecieron por sus virtudes ser colocados en el Catalogo de los Santos, ò de los Beatos, y de los quales consiguieron tres la Corona de Martyres ; alabado de muchas personas, esclarecidas por su santidad, y que sabemos, gozan en el Cielo el premio feliz de sus meritos ; al que toda la Iglesia ha alimentado, y abrigado en su mismo seno por el largo espacio de dos siglos, y à cuyos Professores ha confiado siempre con gran fruto de las Almas las principales Funciones de su Ministerio Sagrado ; Instituto finalmente, que juzgò, y declarò por piadoso la Iglesia Catholica en el Concilio de Trento ; este se vee hoi expuesto à las calumnias de algunos, que usando de interpretaciones malignas, no han tenido reparo en llamarlo irreligioso, è impio, ni en cubrirlo de afrenta, è ignominia; no solo en conversaciones privadas, mas tambien por medio de libelos impressos ; y han llegado al extremo de haver emprendido por todos los medios possibles, no contentos con su ju-

adhuc cessant, incautis, si quos inveniant, Christi fidelibus, ut in proprios pertrahant sensus, sub dole propinare: Quo in Ecclesiam Dei nihil injurium magis, nihil contumeliosius, quasi adeo erraverit turpiter, ut, quod impium & irreligiosum est, solemniter existimaverit Deo charum & pium, eoque decepta sit flagitiosius, quo diuturnius ad annos scilicet amplius ducentos, cum maximo animarum detrimento, sinui suo tantam hærere labem, & maculam sustinuerit. Huic tanto malo, quod eo longius dissimulatum, tanto altius radices agit, viresque acquirit in dies, diutius differre remedium, Justitia, quæ sua cuique asserere, & fortiter tueri jubet, & Pastoralis nostra erga Ecclesiam sollicitudo non sinit.

Ut igitur tam gravem injuriam à Sponsa Ecclesia Divinitus Nobis concredita, atque etiam ab hac Apostolica Sede propulsemus, & hujusmodi injustas, irreligiosasque voces in animarum perniciem, & seductionem, & contra omnes æqui, bonique rationes longe lateque diffusas, nostra authoritate Apostolica compescamus; ut Clericis

juicio particular, estender de País en País, y esparcir por todas partes un error de tan dañosas consequencias; ni cessan aun de darlo à beber con engaño à los Fieles, para traerlos a su partido, si en ellos encuentran poca cautela. Nada mas ofensivo, y nada mas injurioso, que esto à la Iglesia de Dios, como si ella huvieste caìdo en un error tan grossero, que juzgasse solemnemente, y tuviesse por piadosa, y agradable à Dios una cosa impia, y agena de toda Religion, y como si su error huviesse sido tanto mas culpable, quanto por mas tiempo, esto es, por mas de dos siglos, ha permitido en su mismo seno tan grande borròn, y mancha, con grave perjuicio de las Almas. A un mal de esta magnitud, mal, que echa mas hondas raìces, y adquiere mayores fuerzas con el dissimulo, ni la justicia, que manda dàr, y conservar à cada uno lo que le pertenece de derecho, ni nuestra Pastoral solicitud para con la Iglesia, permiten se difiera por mas tiempo el remedio.

Para defender pues à la Iglesia nuestra Esposa, confiada à Nos

ricis Regularibus Societatis JESU, id à Nobis pro juſtitia exigentibus, ſuus maneat ſtatus, eadem noſtra auctoritate firmius conſtabilitus; eorumque nunc temporis ſumme afflictis rebus aliquod afferamus levamen: Ut demum Venerabilium Fratrum Noſtrorum Epiſcoporum, qui ex omnibus regionibus Catholicis eamdem Societatem Nobis per litteras magnopere commendarunt, & ex ea maximas utilitates in ſuis quiſque Diœceſibus ſe capere profitentur, juſtis deſideriis obſecundemus; Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnium Prædeceſſorum noſtrorum inhærendo veſtigiis, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, eodem modo, ratione & forma, quibus ipſi edixerunt, & declararunt, Nos quoque edicimus, & declaramus; Inſtitutum Societatis JESU ſummopere redolere pietatem & ſanctitatem, tum ob præcipuum finem, quo maxime ſpectat, defenſionem ſcilicet, propagationemque Catholicæ Religionis, tum ob media, quæ adhibet ad ejuſmodi finem conſequendum, quod vel ipſa Nos

ha-

Nos por el Señor, y à eſta Santa Sede, de una injuria tan grave; para reprimir con nueſtra authoridad Apoſtolica eſtas injuſtas, è irreligioſas voces, eſparcidas caſi por todas partes contra toda buena razon, y equidad, en daño, y perverſion de las Almas; para que à los Clerigos Regulares de la Compañia de JESUS, que nos lo piden de juſticia, ſe les quede ſu miſmo eſtado, con mayor firmeza eſtablecido con nueſtra authoridad, y para darles algun alivio en ſus afliciones, que han llegado en eſte tiempo à lo ſummo; finalmente, para ſatisfacer à los juſtos deſeos de nueſtros Venerables Hermanos los Obiſpos, que de todos los Paiſes Catholicos nos han recomendado inſtantemente los intereſes de dicha Compañia, y nos aſſeguran, que es utiliſsima à ſus Dioceſes, por el gran fruto, que en ellas hace, *motu proprio, & ex certa ſcientia*, y con toda la plenitud de nueſtra Poteſtad Apoſtolica, ſiguiendo las huellas de todos nueſtros Predeceſſores, del miſmo modo, en la miſma forma, y ſentido, que ellos lo publicaron, y declararon, publicamos tambien Nos,

y

hactenus docuit experientia; cum ex eadem diſciplina tam multos ad hanc uſque ætatem prodiiſſe novimus Orthodoxæ Fidei propugnatores, ſacroſque præcones, qui invicto animi robore terra marique ſubiere pericula, ut ad gentes immanitate barbaras evangelicæ doctrinæ lumen afferrent, & quotquot idem profitentur laudabile Inſtitutum, partim intentos juventuti Religione & bonis Artibus erudiendæ, partim operam dare ſpiritualibus exercitiis tradendis, partim aſſidue verſari in Sacramentis præcipue Pœnitentiæ & Euchariſtiæ adminiſtrandis, & ad eorum frequentiorem uſum Fidelibus excitandis; tum homines in agris degentes divini verbi pabulo recreare; ac propterea idem Inſtitutum Societatis JESU ad hæc eximia perpetranda, divina providentia, excitatum, Ipſi quoque approbamus, & Prædeceſſorum Noſtrorum approbationes ejuſdem Inſtituti Apoſtolica auctoritate noſtra confirmamus. Vota, quibus iidem Clerici Regulares Societatis JESU juxta idem eorum Inſtitutum ſe devovent Deo, grata illi & accepta eſſe declaramus: ſpiritua-

lia

y declaramos, por eſta nueſtra Conſtitucion, cuyo valor ha de ſer perpetuo, que el Inſtituto de la Compañia de JESUS en todas ſus partes reſpira piedad, y ſantidad, no ſolamente por el principal fin, à que ſe dirije, que es la defenſa, y propagacion de la Religion Catholica, ſino tambien por los medios, de que uſa para conſeguirlo. Eſto es lo que la experiencia miſma nos ha enſeñado, quando hemos viſto, formarſe en las Reglas del miſmo Inſtituto, tantos defenſores de la Fè Orthodoxa, y tantos fervoroſos Miſsioneros, que con un animo invencible ſe arrojaron à los mayores peligros, aſsi por mar, como por tierra, para alumbrar con las verdades del Evangelio Naciones intratables por ſu fiereza; y que quantos ſiguen dicho loable Inſtituto, viven empleados, ya en inſtruir la juventud en los principios de la Fè, y en las buenas artes, ya en dàr los Exercicios Eſpirituales, ya en adminiſtrar los Sacramentos, eſpecialmente los de la Penitencia, y Eucariſtia, y exhortar los Fieles à recibirlos con frequencia; ya tambien en explicar la palabra de Dios à los pobres, que tienen ſu habita-

cion

lia exercitia, quæ ab iisdem Clericis Regularibus traduntur fidelibus, à mundi strepitu semotis per dies aliquot, ut de æterna sui ipsorum salute serio & unice cogitent, ut maxime conducibilia ad reformandos mores, & ad Christianam pietatem hauriendam nutriendamque, magnopere probamus, & laudamus: Congregationes præterea, seu sodalitia, non modo adolescentium, qui ad scholas ventitant Societatis JESU, sed quævis alia, sive scholarium tantum, sive aliorum Christi fidelium tantum, sive utrorumque simul sub Invocatione B. MARIÆ, seu quovis alio titulo erecta, & quæ in iis pia opera ferventi studio exercentur, probamus, præcipuamque erga Beatam Dei Genitricem semper Virginem MARIAM devotionem, quæ in iis Sodalitiis alitur, & promovetur, magnopere commendamus, nostrorumque fel. record. Prædecessorum Gregorii XIII. Sixti V. Gregorii XV. & Benedicti XIV. Constitutiones, quibus ea sodalitia approbarunt, Nos Apostolica auctoritate nostra confirmamus cæterasque omnes Constitutiones à Romanis Pontificibus Præde-

cion en los Campos. Y por tanto Nos aprobamos tambien este Instituto, erigido con particular providencia de Dios para cosas tan grandes, y confirmamos con nuestra authoridad Apostolica las aprobaciones, que le han dado nuestros Predecessores. Declaramos, que acepta el Señor, y le son agradables los Votos, con que los Clerigos de dicha Compañia segun su Instituto se consagran à su Magestad. Aprobamos, y alabamos summamente los Exercicios Espirituales, que los mismos Clerigos Regulares dàn à los Fieles, para que, retirados por algunos dias del bullicio del mundo, piensen seria, y unicamente en el negocio importante de su salvacion, como utilissimos para reformar las costumbres, y para beber, y aumentar la piedad Christiana. Aprobamos tambien las Congregaciones, ò Hermandades, no solo las de aquellos Jovenes, que frequentan las Escuelas de la Compañia, mas tambien qualesquiera otras, ya sean unicamente de Estudiantes, ya de otros Fieles solamente, ya de unos, y otros, erigidas baxo la Invocacion de la B. Virgen MARIA, ò baxo qualquier Titulo, y

decessoribus Nostris in ejusdem Instituti Societatis JESU functionum approbationem, & laudem conditas, quarum singulas hic haberi volumus pro insertis, auctoritate itidem Nobis à Deo tradita, Apostolicæ confirmationis nostræ robore, per hanc nostram Constitutionem, munitas volumus, & si opus sit, velut à Nobis ex integro conditas, editasque censeri præcipimus, & mandamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam MARIAM Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, septimo Idus Januarii, C.

y las obras de piedad, que en ellas con tanto fervor se exercitan. Celebramos sobre manera la especial devocion à la Santissima Virgen, y Madre de Dios MARIA, que en estas Congregaciones se excita, y promueve; y confirmamos con nuestra authoridad Apostolica todas las Constituciones, por las quales nuestros Predecessores de feliz memoria, Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XV. y Benedicto XIV. aprobaron dichas Hermandades; y es nuestra voluntad, que todas las demàs Constituciones, hechas por los Romanos Pontifices nuestros Predecessores, en aprobacion, y alabanza de las Funciones del Instituto de la Compañia de JESUS, las quales todas, queremos sean tenidas, como insertas aqui, queden defendidas con la authoridad misma, que el Señor nos ha conferido, con la fuerza de nuestra Confirmacion Apostolica, por esta nuestra Constitucion, y si fuere necessario, mandàmos con toda severidad, que sean reputadas, como si enteramente huviessen sido formadas, y expedidas por Nos.

Ninguno pues intente hacer irritas estas letras de nuestra Apro-

Pontificatus Noſtri anno ſeptimo.

C. Card. Pro-Datarius.

N. Card. Antonell.

VISA
De Curia J. Manaſſei.

L. Eugenius.

Loco ✱ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Aprobacion, y Confirmacion, ni contradecirles temerariamente; pero ſi alguno preſumiere eſte atentado, eſtè perſuadido, à que incurrirà en la indignacion del todo Poderoſo, y de los Bienaventurados Apoſtoles San Pedro, y San Pablo.

Dado en Roma, en Santa MARIA la Mayor, año del Señor de mil ſetecientos ſeſenta y quatro, à ſiete de Enero, año ſeptimo de nueſtro Pontificado.

C. Card. Pro-Datar.

N. Card. Antonell.

VISTA
En la Curia de J. Manaſ.

L. Eugen.

En lugar ✱ del Sello.

Regiſtrada en la Secretarìa de Breves.

En Malaga: Con licencia de los Señores el Sr. Juez de Imprentas, y del Sr. Proviſor, en 1. de Marzo de 1765. en la Imprenta de la Dignidad Epiſcopal, y de la Santa Igleſia Cathedral, en la Plaza.